

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Nobilitas i
cum fonte primo

Quid enim prodest ei quem sordidant mores generatio clara? Aut quid nocet illi generatio uilis quem mores adornant? Ipse enim se uacuum ab omnibus bonis actibus ostendit qui gloriatur in patribus. Quid profuit Cham quod fuit Noe filius? Nonne separatus de medio filiorum? Qui secundum carnem frater fuerat natus, secundum animum factus est seruus; nec familia eius sancta potuit defendere impios mores.

Crisostomus super illud Matthei III.:
Patrem habemus Abraham.

Quid enim prodest ei, quem sordidant mores, generatio clara? aut quid nocet illi generatio uilis, quem mores adornant? Ipse se vacuum ab omnibus bonis actibus ostendit, qui gloriatur in patribus. Quid profuit Cham, quod filius fuit Noe? nonne separatus de medio filiorum? Qui secundum carnem frater natus fuerat, secundum animum factus est seruus. Nec familia ejus sancta potuit defendere impios mores.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaem*, 3 (PG 56, col.651).